Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 0.4 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

relinquit me solam ministrare. Dic
ergo illi ut me adiuuet. Et respo
dens dixit illi dnus. Martha mar-
tha sollicita es: et turbaris ergo
plurima. porro unum est necesse. Maria
optimam partem elegit que non au-
feretur ab ea:

Factum est autem cum esset
quodam loco orans: ut cessa-
uit dixit unus ex discipu-
lis eius ad eum. Domine doce nos orare
sicut et docuit iohannes discipulos
suos. Et ait illis. Cum oratis dicite
pater sanctificetur nomen tuum: adueni
at regnum tuum: panem nostrum cotidi-
anum da nobis hodie: et dimitte
nobis peccata nostra. siquidem et nos
dimittimus omni debitori nostro: et ne
nos inducas in temptacionem. Et ait ad
illos. Cuius vestrum habebit amicum
et ibit ad illum media nocte. et dixerit
illi amice commoda mihi tres pa-
nes. quoniam amicus meus venit de
via ad me: et non habeo quod ponam
ante illum: et ille de intus respondens
dicat. Noli mihi molestus esse.
Iam ostium clausum est. et pueri mei
mecum sunt in cubili. non possum surg-
ere et dare tibi. Et ille si perdura-
uerit pulsans dico vobis. et si
non dabit illi surgens. eo quod amicus
eius sit: propter improbitatem tamen
eius surgens. et dabit illi quotquot
habet necessarios. Et ego vobis
dico petite et dabitur vobis. querite et
inuenietis: pulsate et aperietur
vobis. Omnis enim qui petit accipit
et qui querit inuenit: et pulsanti
aperietur. Cuius autem ex vobis pe-
tierit panem: numquid lapidem dabit
illi. aut piscem: numquid pro pisce
serpentem dabit illi. aut si petie-
rit ouum: numquid porriget illi scor-
pionem. Si ergo vos cum sitis mali:
nostis bona data dare filiis vestris
quantomagis pater vester celestis
de celo dabit bonum spiritum petenti-
bus se. Et erat eiciens demonium
et illud erat mutum: et cum eiecisset
demonium locutus est mutus: et ad
mirate sunt turbe. Quidam autem
ex eis dixerunt. In beelzebub prin-
cipe demoniorum eiicit demonia et
alii temptantes signum querebant ab
eo. Ipse autem ut vidit cogitationes
eorum dixit eis. Omne regnum in se
ipsum diuisum desolabitur: et domus
super domum cadet. Si autem et satha
nas in se ipsum diuisus est. quomodo
stabit regnum eius: quia dicitis in
beelzebub eicere me demonia. Si
autem ego in beelzebub eicio demo-
nia: filii vestri in quo eiicient. Ideo ipsi
iudices vestri erunt. porro si in digi-
to dei eicio demonia: profecto per-
uenit in vos regnum dei. Cum fortis
armatus custodit atrium suum: in
pace sunt ea quae possidet. Si autem for-
tior eo superueniens vicerit eum: omni
ercisa arma eius auferet in quibus
confidebat: et spolia eius distribu-
et. Qui non est mecum contra me est
et qui non colligit mecum dispergit.
Cum immundus spiritus exierit de ho-
mine ambulat per loca inaquosa. quae-
rens requiem: et non inuenies dicit
Reuertar in domum meam unde exiui
et cum venerit inuenit eam scopis mun-
dataam. Tunc vadit et assumit septem
alios spiritus secum nequiores se
et ingressi habitant ibi. Et fiunt
nouissima hominis illius peiora
prioribus. Factum est autem cum hec di-
ceret: extollens vocem quedam mu-
lier de turba dixit illi. Beatus ven-
ter qui te portauit: et ubera quae
suxisti. At ille dixit. Cuiuslibet be-
ati qui audiunt verbum dei: et custo-
diunt illud. Turbis conuenientibus

ister iste q̃ uocē extulit fuit
pedissequa bte marthe et eius
nō erat mirabilia ut p
u inuenitur in spe hys ho. 30
c 106 a.